

bris desumere, & utriusque esse communem, fortasse Davidicum Psalterium intelligebat. Hos asse-
rebat fuisse permultos in Aquilona-
ribus maxime provinciis, & li-
teris, armisque ita floruisse, ut su-
spicionem Sinis natura facillimis
rerum novarum fecerint. Eam su-
spicionem arbitrabatur ab Sarace-
nis Christiani nominis hostibus
toto terrarum orbe acerrimis ex-
citata, ante annos non amplius
sexaginta. Ea suspicio eo pervenit,
ut cum ab Magistratibus manus
injici sibi timerent, omnes hac illac
diffugere, & alii se Saracenos, alii
Iudæos, plerique idolorum cultores
mortis metu professi sunt, eo-
rum templa in idolorum fana
commutata sunt. Et templum qui-
dem Crucis apud suos, ipse suo no-
mine quo nunc ex quo fanum est
dicitur, appellabat. Ex eo tempore
tanto sunt metu consternati, ut ni-
hil magis occultent, quam se ex ea
gente